

nunc sunt aut erunt per tempora, fidelibus nostris dilectis, firmiter et districte, quatenus prefatos cives nostros Lubovienses in hac nostre exempcionis et libertacionis gracia non impediunt nec ab aliis impediri permittant, verum eos in ea manuteneant, protegant favorabiliter et conservent; contrarium facientes indignacionem nostram regiam se noverint graviter incururos, presencium sub nostre majestatis sigillo testimonio literarum. Datum 5 Frankenfordie anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indiccione septima, vii. kalendas februarii, regnorum nostrorum anno octavo.

20.

Der Rath zu Löbau vergleicht sich gütlich mit dem Stadtpfarrer, Herrn Johannes Koppritz, wegen der für die Frühmesse ausgesetzten Einkünfte. 1359 Nov. 4. 10

Hdschr.: Or. Perg. Stadtbibliothek Zittau, ohne S.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, expedit, ut literarum serie et || testimonio perhennentur. Noscant igitur presentes et futuri temporis posteritas, quod nos, Petrus Rychardi magister civium, Petrus Schonbuch, || Nycolaus Ottenhayn, Tylo Völmar, Heyne 15 Smollen, Cuncze Salomonis, Petrus Hencz, Heyne Eckart, Petrus Musviez, Petrus Ebirdsbach, Nic||kil in dem Slunde, Henczil der Tyllinnen(?), consules et jurati civitatis Lubaw, de consilio reverendi domini Nicolai decani Budsynensis ecclesie ac consensu tocuis communitatis Lubavie civitatis omnis disbrigacionis mocionem pro previa missa sedando postergamus, sed solidam unionis concordiam cum domino Johanne dicto 20 Koppricz nostro plebano amice amicabiliterque perpetravimus propter discordie necnon rixe vitacionem, et hoc mutuis literis roboravimus confirmando, taliter quod consules tunc temporis consilio preexistentes cum addicionis juvamine pecunie dicte wurczgelt^a) date ac legate^b) a gloriosissimo domino nostro, Johanne rege Boemie pie recordacionis, pro salute et remedio ipsius anime seu omnium ejus affinium predecessorum, sex. marcas 25 usualis taxe predicto domino Johanni nostro plebano ceu omnibus plebanis vel viceplebanis ipsum succedentibus in festo beati Martini episcopi cum lapide sepi, quem ab inferiori^c) maccello debet sublevare pro sua lumiatura, perpetuis temporibus indilate existunt largirari (*sic*), talibus adjunctis condicionibus, quod si de predicto wurczgelt, largito^d) a gloriosissimo prefato domino nostro, aliquid diminuendo decreverit, consules id idem non 30 tenebuntur adimplere, et si aliquis Boemie regum vel aliquis suorum curatorum ex toto sepe dictum wurczgelt vellet sublevare, ut speramus quod absit, plebanus pro tunc existens prenarratam previam missam tenere poterit pro residua pecunia pro sua beneplacita voluntate. Sed quicquid diminutum fuerit de hiis, que civitati appertinent, consules tunc

20. a) Wortzins oder Wurzzins, der Zins von Höfen oder Hofstätten an den Grundherrn. Brinckmeier, 35 Glossarium diplomat. 2,741. Auch zu Bautzen hatten im 16. Jahrh. alle Häuser an das landvogteiliche Amt ein Wurzgeld zu entrichten, das bei den kleineren Häusern 1 Pfennig, bei den größeren (z. B. auf der Lauengasse) 1 Groschen betrug. b) datam et legatam. c) inferiori. d) largitum.